



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. IX. Des Churfürsten zu Trier Beschwehrgung, wegen dessen zu Luxemburg arrestirter Mobilien.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648. Nürnberg ergangen, und allerdings in rem judicatam erwachsen, novo Exemplo
 April. völlig wiederum seynd cassiret und aufgehelt worden, da doch die Frau Gräfin keine
 andere Rationes noch Fundamenta als vorhero der Herr Graff hat eingebracht. 1648.
 April.

2) Daß der Frau Gräfin auch in causa Principali, alsobalden die Restitution
 zuerkennt worden, da doch der Streit sühnemlich amoch nur de Jurisdictione ge-
 wesen.

3) Daß die Nürnbergische Probatorial-Articul, so vornemlich auf causam
 Principalem gerichtet, alsobalden simpliciter verworffen, und weder die Frau Grä-
 fin darauf gehdret, noch die Stadt Nürnberg mit ihrem habenden Beweis admitti-
 ret worden.

4) Daß der Stadt Nürnberg sowohl das Beneficium primæ instantiæ, als
 auch das Remedium Revisionis beharrlich will benommen und abgeschnitten werden.

5) Daß die Frau Gräfin nur das Commodum Hæreditatis haben, und
 dargegen die Creditores defuncti nicht contentiren will.

6) Daß die Frau Gräfin als Klägerin in lucro captando jus favorabilius als
 die beklagte Stadt Nürnberg und dero Bürger und andere Creditores in damno
 vitando contra Jura notoria haben soll.

7) Daß die Frau Gräfin contra tres Sententias conformes mit ihrer Re-
 assumption absque novis rationibus, denen rechtlichen Verordnungen zu wider,
 weisfüßig ist gehdret worden; Hingegen aber die Stadt Nürnberg contra unicam
 Sententiam, welche doch obberührter massen, citra Juris & Processus Ordinem
 ergangen, weiter nicht will gehdret, noch mit ihren neuen Probatorial-Articuli in
 causa Principali zugelassen werden.

8) Daß man wider die Stadt Nürnberg mit der Execution so strengend will
 verfahren, damit dasjenige, was nicht allein von des Herren Grafen von Trautmans-
 dorff Excellenz in dem ausgehändigten, und so viel diese Puncten betrifft verglichen
 und unterschriebenen Friedens- Tractaten, sowohl in puncto exemptionis depo-
 situm in specie als auch in genere andere causas Politicas und deren selbst Process
 am Kayserlichen Hoff, wie auch das Beneficium primæ Instantiæ, das Remedi-
 um Supplicationis, Revisionis betreffend, den Rechten und der Billigkeit gemäß
 begriffen, sondern auch wessen man sich in puncto Justitiæ allerseits endlich vergli-
 chen und unterschrieben, im Ende post Executionem præcipitaram nicht mehr ge-
 deyen möge.

9) Daß auch endlich der Stadt Nürnberg Eventualis Oblatio Partitionis,
 nemlich die Restitutio alles dessen, so noch vorhanden, nicht will acceptiret, sondern
 die völlige Restitution, ungeachtet der so stark liquidirten Gegen- Forderung kurz-
 um beharren werden.

§. IX.

Des Churfür-
 sten von Tri-
 er Beschwer-
 rung, wegen
 dessen zu Lu-
 xenburg arre-
 stirten Mobi-
 lien.

Der Churfürst von Trier ließ auch
 wegen seiner in dem Luxemburgischen,
 ehedin, auf Kayserlichen Befehl arrestir-
 ten Mobilien, eine Beschwerde an
 den Friedens- Congress gelangen, wie

folgende Facti Species N. I. mit Ansuchen
 sub A. B. C. zu erkennen giebt; Weil der
 imponirte Arrest, auch so gar auf wie-
 derholten Kayserlichen Befehl, nicht wie-
 der relaxiret werden wolte.

N. I.

1648.
April.

N. I.

1648.
April.

Diſſat. Osnabr. d. 10. April. A. 1648.
ſub Direct. Mogunt.

*Facti Species juncta petitione ad Sacrae Cæsareæ Majestatis Legatos, de relaxando
arresto mobiliari peculio Domini Archi-Episcopi & Principis Electoris Trevirensis
per Consilium Provinciale Ducatus Luxemburgensis ex Mandato Consilii
Privati Belgii imposito.*

Anno 1635. Dominus Archi-Episcopus curavit transferri totum pecu-
lium suum mobiliare e civitate Trevirensi, in vicinam Metensem, Treviri
eodem anno per Hispaniarum Regis copias intercepta, & Principe Electore
à Domino Cardinale Infante seu invitato seu evocato & abducto in Belgium,
jussit idem Elector prædicta bona transportari in Ducatum Luxemburgen-
sem, obtentis in eum finem à Corona Gallia & Cardinale infante literis Salvi-
Conductus & securitatis.

Imperator FERDINANDUS II. accipiens notitiam horum mobilium
in Ducatu Luxemburgensi depositorum, requisivit Cardinalem Infan-
tem, ut ea arresto subjiceret & detineret, donec causa Principis Electoris termina-
retur; causa itaque Anno 1645. inter Imperatorem FERDINANDUM III.
& Electorem Viennæ composita, arrestum quoque ejus inritu impositum
ab Imperatore levatum fuit, datis in eum effectum ad generalem gubernato-
rem Belgii Dominum Marchionem de Castello Roderigo binis literis de
dato, prioribus quidem Viennæ 10. Maji Anno 1645. posterioribus vero in
Civitate Sancti Hypoliti 18. Augusti Anni ejusdem, quarum exemplaria lite-
ris A. B. hic adjuncta reperiuntur. Prædictus Gubernator requisitioni Cæ-
sareæ morem gerens, mandavit quidem Consilio Luxemburgensi, quatenus
bona Electoris arresto liberaret, uti factum; verum mutata causa arresti,
idem Consilium Provinciale de asserto mandato Consilii Privati, instantibus
Monasterio Sancti Maximini & Dominis de Sales, novam prædictis bonis in-
dixit arrestationem. Contra quam arrestationem renovatam Elector per
Legatos suos apud Dominos Plenipotentarios Regis Catholici Monasterii
subsistentes, uti etiam misso ea de causa Consiliario apud Consilium Privatum,
sed frustra & sine spe impetrandæ relaxationis, conquestus est.

A. B.

Quamobrem aliud Electori remedium non superfuit, quam implorare
opem & auxilium Coronarum, nec non Electorum, Principum & Statuum
Imperii, de Pace universali, restitutione gravatorum & de conservandis Sta-
tuum juribus & libertatibus Monasterii & Osnabrugæ tractantium.

Evidens enim vero est 1.) per hoc arrestum violari jus commune &
Constitutiones Imperii, jura item & libertates Statuum, quæ volunt, ut Sta-
tus, præsertim in causis mere personalibus qualis hæc est, coram competente
Judice in Imperio & ordinaria via & processu Juris conveniantur.

2.) Læditur quoque Constitutio Aureæ Bullæ, qua interdicitur, ne Prin-
cipum Electorum subditi, multo minus ipsimet in persona vel rebus, ad ex-
terna tribunalia trahantur & arrestentur.

3.) Arrestum hoc infringit Pacta inter Domum Burgundicam & Ele-
ctoratum Trevirensis in Comitibus Augustanis Anno 1548. erecta & publica
Imperii interventione & approbatione confirmata. Cum enim Domus
Burgundica, Comitibus suffragio Imperatoris & Statuum, à Jurisdictione Im-
perii

Et 3

1648.
April.

perii eodem Anno eximeretur, ideoque communis Judex inter Burgundiæ Provincias & Principes vicinos Imperii non superesser, inter cætera cautum est prædicto pacto publico, ut omnia arresta inter Principes & Subditos utriusque Trevirensis & Luxemburgensis Provinciæ futuris temporibus cessent, lites vero hinc inde impostero movendæ, forma, modo & ordine judiciario inibi conventis, per arbitros utrinque denominandos deciderentur.

1648.
April.

4.) Per sæpeditum arrestum non tantum læditur Jurisdictioni Imperii sed & Sedis Apostolicæ, causa enim, quæ inter Archi-Episcopum & Religiosos Sancti Maximini agitur, & cujus intuitu arrestum impositum fuit, est mere Ecclesiastica & beneficialis, ad solam cognitionem Sedis Apostolicæ & non ad Judicium Laicum spectans, illudque notorie competens est, tam ratione causæ commendæ, quæ est mere Ecclesiastica, quam ratione partium litigantium, personæ scilicet Archi-Episcopalis & Religiosorum prædicti Monasterii, cum vero Judicium Regium nullam causæ hujus notitiam habere, neque eam judicare possit, consequens est, arrestum, quod realis instar citationis est, ex defectu jurisdictionis malæ nulliter sub- & obreptitæ esse impetratum.

Lit. C.

5.) Ad Dominorum de Sales prætensionem quod attinet, illa vel nullo vel sane debili nititur fundamento, cum enim sub actione Familiæ herciscundæ ante 20. annos inter partes, in bona sub Ducatus Luxemburgensis jurisdictione jacentia intentata, hæc bona arresta longo tempore post litem captam, custodiæ causâ in hanc Provinciam investa nullatenus comprehenduntur, neque pars controversæ hereditatis sint, perperam sane & incompetenter arrestata sunt, quod ipsum impetrantes de Sales agnoverunt, & arresto Judicialiter per procuratorem in Consilio Mechliniensis, vigore adjuncti documenti Lit. C. renunciarunt.

6.) Eodem nullitatis & iniquitatis vitio laborat sequestrum, quod prætextu controversiarum Electoratus cum Monasterio supra mentionato ante aliquot annos in reditus Domini de Brüg indictum est, & usque in hodiernum diem continuatur, quod Dominium est de suprema jurisdictione territoriali prædicti Ducatus, spectat autem quoad merum mixtum Imperium & simplicem Jurisdictionem ad Electorem Trevirensis.

7.) Denique cum arrestata bona non unum sed aliquot centenorum millium Imperialium valorem excedant, Electori nemo impartialis vitio vertere potest, si coactus contrariis arrestis & repressaliis sua bona reperat, unde evenire potest, ut inter utramque Provinciam hætenus inviolabiliter observata pax & bona vicinitas, magno Statuum & Subditorum damno & gravi Commerciorum jactura turbetur, pro quo avertendo aliisque supra allegatis Imperio, sanctæ Sedi Apostolicæ & Electoratu Trevirensi amovendis præjudiciis, stabiliendaque inter Principes eorumve subditos vicinos mutua tranquillitate & concordia, petit Elector Trevirensis, ut prædictarum rationum momentis bene perpensis, Domini Legati Cæsarei pro illa, qua apud Dominos Plenipotentiarios Regis Catholici pollent autoritate & fiducia, relaxationem prædictorum bonorum arrestatorum & sequestrata Dynastiæ Brüg, cum omni causâ, expensis, damnis & Interesse vel promoveant vel etiam pacto publico procurent, & in Instrumentis concludendæ Pacis de ea disponant, quemadmodum in illis, in non absimili casu excessuum & abusum Brabantæ Bullæ contra Status Imperii hætenus commissorum, dispositum reperitur.

Faciunt in hoc Excellentissimi Domini Legati rem Justitiæ dignam, muneris Cæsarei gloriosam, omni servitiorum & officiorum genere ab Eminentissimo Principe Electore erga Cæsaream Majestatem promerendam.

Lit. A.

1648.
April.

Lit. A.

1648.
April.

FERDINANDUS III. &c.

Non dubitamus, quin vobis jam olim innotuerit, quemadmodum Augustissimus quondam Imperator Cæsar divus FERDINANDUS II. genitor ac prædecessor noster colendissimus glorioſæ memoriæ, ob certas quasdam inter Cæsaream Majestatem ac Dilectionem Suam (Titulus) Electorem Trevirensis exortas controversias ac differentias, tam præcipua quædam ad ipsius Dilectionem Suam proprie spectantia Neuburgum translata mobilia, quam etiam ad pias causas jam multo ante ab eadem destinata bona patrimonialia, Imperiali suo arresto subjicienda ac Luxemburgi curavit asservanda. Cum autem dictis differentiis jam penitus compositis, ipsum quoque arrestum à nobis prorsus relaxatum sit atque obolitum, tum ipse Elector demisse ac enixe nos rogavit, ut dicta bona ipsi plene atque integre curemus restituenda: Idcirco vos hisce benigne requirimus, ut oportuna atque efficacia dare velitis mandata, atque id sedulo agere, quo sæpe dicto Electori præmemorata bona quantocius relaxentur ac tradentur, ac si quid forte ex iisdem amotum fuerit, reponatur pleneque ipsi atque integre restituatur. In eo certe ordine ac sedulo curando feceritis rem non modo Juri & Justitiæ, compertoque suo nobis obsequendi studio consentaneam, sed Serenissimo quoque Hispaniarum Regi Catholico Fratri consobrino & affini nostro Charissimo gloriosam, communi Domui nostræ utilem & Nobis quoque apprime gratam, qui benigniori eam mente reposituri propensum gratiæ nostræ Cæsareæ affectum quovis cumulate officimus. Viennæ d. 10. Maji Anno 1645.

Lit. B.

FERDINANDUS III. &c.

Omnino confidimus, literas nostras 10. Maji proxime præteriti ad vos datas, quibus vobis significabamus, Nos arrestum, cui Augustus quondam Dominus pater & proxime prædecessor noster glorioſæ memoriæ, cum mobilia tum alia etiam quædam bona patrimonialia ad Venerabilem Electorem Trevirensis spectantia subjecerat, & Luxemburgi asservanda curarat, relaxasse, simulque requirebamus, ut oportuna & efficacia mandata dare atque id sedulo agere velletis, quo dicto Electori præmemorata bona quantocius relaxentur, ac si quid forte ex iis amotum fuisset, reponatur pleneque Dilectioni Suae ac integre restituatur, recte ad vos pervenisse. Quando autem hæcenus nullum ad easdem literas responsum ad Nos perlatum est, visum Nobis fuit, earundem exemplum una cum hisce vobis transmittere, denuoque benigne ac benevole vos requirere, ut negotium hoc cordi habere operamque dare velitis, ut dicto Electori quamprimum ac cumulatiſſime, quoad prælibata bona satisfiat; prout de vestro in justitiam studio, tum spectata quoque in Nos observantia omnino confidimus, qui de cætero gratiam ac benevolentiam vobis nostram Cæsaream clementer conservamus.

Datum in Civitate nostra Sancti Hypoliti 18. Augusti Anno 1645.

Lit. C.

Translatum ex Gallico.

Procurator Martinus magni Consilii infra scriptus certum facie ac testatum, quod circa 20. Martii Anno 1646. exhibitus fuerit libellus simplex sub nomine Consilii Principis Electoris & Archi-Episcopi Trevirensis, eum in finem

1648. finem, ut arrestum ipsius mobilibus, annulis, cimmeliis, suppellectili argen- 1648.
 April. teo & documentis literariis in civitate Luxemburgensi existentibus imposi-
 Junius. tum, tolli cassarique posset.

Quo libello supplici à Dominis Consiliariis Domino Philippo de Sales Baroni de Inville insinuato, sublationi cassationique istiusmodi lubens ac volens assensit.

Quocirca dictum Consilium Decretum 16. Aprilis Anno 1646. visis omnibus ad id requisitis tulit, quod Dominis Consiliariis Luxemburgensibus exarandæ sint literæ ejus tenoris, prout in projecto latius videre est, quæ etiam expeditæ, lectæ & transmissæ fuerunt. Actum Mechliniæ 27. Septembris Anno 1647.

Wilhelmus Martin.

Cum arrestum, quod mobilibus ad eundem Principem Electorem Trevirensensem spectantibus, & in Ducatum Luxemburgensem translatis, Imperator per Consilium Provinciale antehac imponi curavit, relaxatum quidem & abolicum, aramen ad quorundam instantiam iterum renovatum, insuper etiam & sequestrum, quod Præfecturæ Brug ad Archi-Episcopatum & medietati Domini Montis Sancti Joannis ad Joannem Rheinhardum de Sederen spectantibus, à præfato Consilio indictum est, Concordatis inter Electoratum Trevirensensem & Ducatum Burgundiæ, publica Imperii interventione Anno 1548. Augustæ Vindelicorum erectis repugnent: Conventum est, ut prædictum arrestum & sequestrum à Consilio Luxemburgensi quantocius tollatur, dicto Domino Electori bona sua, Præfectura & Dominium, tam Electoralia quam Patrimonialia, una cum fructibus sequestratis relaxentur ac tradantur, ac si quid forte amotum fuerit, reponatur pleneque ipsi atque integre restituatur, impetrantibus ad Judicem Principis Electoris competentem, pro obtinenda Juris & Justitiæ administratione, remissis.

§. X.

Der Stadt
 Osnabrück
 Desideria
 und darauff
 ertheilte
 Derschöffliche
 Antwoort.

Es hatte schon im vorigen Jahr die Stadt Osnabrück ihre Desideria circa Ecclesiastica & Politica, schriftlich vortragen, und bey der gegenwärtigen guten Gelegenheit ihre Rechte und Befugnisse, theils mehrers befestigen, theils wei-

ter erstrecken wollen; Was aber der damalige gelehrte Bischoff und nachmaliger Cardinal, FRANTZ WILHELM, ex tempore auf alle und jede Punkten erinnert, das giebt die Anlage sub N. I. zu erkennen.

N. I.

Desideria Civitatis Osnabrucke communitata Monasterii per Deputatos Cæsareos d. 9. Julii An. 1647.

Responsum extemporaneum nomine Ecclesie Osnabrugensis.

A. 1. Petikum.

Civitati Osnabrugensi restituantur omnia & singula sua Jura, Immunitates, Privilegia & Statuta ab Imperatoribus & Episcopis vel Jure proprio, tam in Ecclesiasticis, quam Po-

Ad A.

Cum Terminus Anni 1624. sit universalis omnium Controversiarum in Imperio sopendarum, non videtur, cur petita Confirmatio alium Terminum specialiter petere possit: sed hoc liti.